



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

285. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Item Lucius Papa.

CCLXXXIV. Rerum ecclesiasticarum & facultatum raptores à liminibus sanctæ Ecclesiæ anathematizantes apostolica auctoritate pellimus & damnamus atque sacrilegos esse judicamus, & non solum eos, sed etiam omnes consentientes eis: quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, rei judicantur.

Capitula Kar.
Calvi ibid.
Burchard. lib.
11. c. 19.

De eadem re.

CLXXXV. Augustinus dicit: Qui aliquid de Ecclesia furatur & rapit, Judæ proditori comparatur.

Capitula Kar.
Calvi ibid.
Burchard. lib.
11. c. 19.

In canonibus scriptum.

CLXXXVI. Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam rapere vel dare voluerit præter conscientiam Episcopi vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, anathema sit.

Conc. Gangr.
c. 7.
Burchard. lib.
11. c. 21.

*De eadem re. Ex Concilio Meldensi,
cap. LXI.*

CCLXXXVII. Ut pervasores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res contra auctoritatem non solum retinere, verum etiam crudeliter depopulari noscuntur, quidam etiam & facultates Ecclesiæ in diversa conlaboratione & redditibus eas expoliant; sed & pauperes & vicinos & circummanentes immisericorditer expoliant, devastant, & opprimunt, ut rapaces, qui secundum Apostolum à regno Dei excluduntur, ex criminali & publico peccato

Concil. Meld.
c. 61.
Burchard. lib.
11. c. 16.

1. cor. 6.